



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

Cap. 1. De Tyberij II. Imp. liberalitate in pauperes, & quomodo Deus ha[n]c  
eius liberalitatem etia[m] in hac vita mirabiliter reco[m]pensauerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

435  
COLLATI=

ONVM SACRARVM  
LIBER SEXTVS.

DE VIRTUTE LIBERALI-  
TATIS, HOSPITALITATIS ET BE-  
neficientiæ in pauperes, & quomodo DEVS  
sæpenumerò etiam in hac vita maximis  
præmijs & beneficijs affecerit illos,  
qui his virtutibus præcel-  
luerunt.

*Gregorius Turonen. lib. 5. cap. 19. histor. Fran-  
cor. & Eutropius lib. 17. rerum Romanarum  
De Tyberij 2. Imperatoris liberalitate in  
pauperes, & quomodo Deus hanc eius libe-  
ralitatem etiam in hac vita mirabiliter re-  
compensauerit.*

CAP. PRIMVM.

**C**VM Iustinus Imperator amisso sensu  
amens effectus esset, & per solam Sophi-  
am Augustam eius imperiũ regeretur,  
Tyberium Cæsarem elegerunt, vtilem, strenu-  
um, atque sapientem, eleemosynarium, ino-  
piumque optimum defensorem. Qui cum mul-  
ta de thesauris quos Iustinus adgregauit, pau-  
peribus erogaret, & Augusta eum frequentius  
Hh 3 incre-

increparet, quod rempublicam redegisset in  
 paupertatem: diceretque, quod ego multis an-  
 nis cōgregaui, tu infra paucū tempus prodigē  
 dispergis, aiebat ille, nō deerit fisco nostro, tā-  
 tum pauperes elemosynam accipiant, aut ca-  
 ptiui redimantur. Hic est enim magnus the-  
 saurus, dicente domino, Thesaurizate vobis  
 thesauros in cœlo, vbi neque erugo neque tinea  
 corrumpit, & vbi fures non effodiunt nec fu-  
 rantur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus  
 per pauperes in cœlo, vt dominus nobis auge-  
 re dignetur in sæculo. Et quia vt diximus, ma-  
 gnus & verus Christianus erat, dum hilari di-  
 stributione pauperibus opem præstat, magis  
 ac magis ei dominus subministrat. Nam de-  
 ambulans per palatium, vidit in pavimento  
 domus tabulam marmoream, in qua videl. v-  
 nicam c. nemini licere signū saluatoris CHri-  
 sti humi vel in silice vel in marmore aut in-  
 sculpere aut pingere, crux dominica erat scul-  
 pta, & ait: cruce tua domine frontem nostram  
 munimus & pectora, & ecce crucem sub pedi-  
 bus conculcamus. Et dicto citius, iussit eam  
 auferri, de fossa que tabula atque erecta, inue-  
 niunt subter & aliam hoc signum habentem.  
 Nuntiantes que iussit & illam auferre. Qua a-  
 mota, reperiunt & tertiam: iussu que eius &  
 hæc auferitur. Qua ablata inueniunt magnum  
 thesaurum habentem supra mille auri cente-  
 naria. Sublatum que aurum, pauperibus adhuc  
 abundantius vt consueuerat, subministrabat,  
 nec

*Veteres frōie  
 & pectus cru-  
 ce cōsignabāt*

*Tiberius in-  
 uenit thesau-  
 rum supra mil-  
 le auri cente-  
 naria habentem*

nec ei dominus aliquid deficere permittebat *Tyber. post*  
 pro bona voluntate sua. Quid ei dominus in *inuēti thesau*  
 posterum transmiserit, non omitam. Narsetes *rū, maiorē in*  
 ille dux Italiae, cum in quadam ciuitate do- *pauperes ex-*  
 mum magnam haberet, in Italiam cum multis *erces libera-*  
 thesauris egressus, ad supra memoratam vr- *litatem.*  
 bem aduenit: ibique in domo sua occulte ci-  
 sternam magnam fodit, in qua multa millia  
 centenariorum auri argenti que reposuit, ibi-  
 que interfectis conscijs, vni tantum modo seni  
 per iuramentum condita commendauit, de-  
 functo que Narsete, hæc sub terra latebant.  
 Cumque supradictus senex huius eleemosy-  
 nas assidue cerneret, pergit ad eum dicens, si  
 inquit, mihi aliquid prodest, magnam rem ti-  
 bi Cæsar edicam. Cui ille, dic, ait, quod volue-  
 ris. Proderit enim tibi, si quiddam nobis pro-  
 futurum esse narraueris. Thesaurum, inquit, *Tyberius al-*  
 Narsetis reconditum habeo, quod in extremo *terum inue-*  
 vitæ positus cesare non possum. Tunc Cæsar *nit thesaurū.*  
 Tyberius gauisus, mittit vsque ad locum pue-  
 ros suos. Præcedente verò sene, hi sequuntur  
 attoniti. Peruenientesque ad cisternam, deo-  
 pertam ingrediuntur. In qua tantum aurum  
 argentumque reperiunt, vt per multos dies *Pergit esse li-*  
 vix euacuaretur a deportantibus. Ex hoc ille *beralis in pau-*  
 amplius hilari erogatione dispensauit ege- *peres.*  
 nis.

Hb 4

Hugo